

Sigismundus Primus Rex Poloniae
Regi Sueciae —

340

Reverendissime Atque
 Reddite sunt nobis Literae Serenitatis Vestrae
 quibus Volenter se ferre scribit, quod trucidentis-
 simus Christiani nominis hostis, latius indies
 Imperij sui fines propagat, ita, ut jam finitimus
 nobis factus sit, ut aliquid nobis metucendum sit,
 propter vicinum malum. Una etiam Deservit No-
 bis Serenitas Vestra, studium suum, se neque
 nobis, neque Reipublicae Christianae, cujus et sp[iritu]
 ex praecipuis membris unum est, De futuram pot-
 licetur, agnoscimus vero Christianum, et Fra-
 t[er]num Vestrae Serenitatis animum, atque illi gra-
 tias agimus, quae tam sit De nobis, Deque Re-
 gno nostro sollicita, atque ultro nobis, si neces-
 sitas postulet, opem se laturam, non obscure
 judicat. Est ita, ut scribit Serenitas Vestra, cre-
 scunt indies Turcarum vires, non tam eorum vir-
 tute, quam Christianorum recordia, qui se inatu-
 ris bellis conficere, quam, quod imminet, toti
 Christiano Reipublicae periculo, conjunctis viri-
 bus propulsare malunt, ex quo factum est, qui

Turcarum

qui Turcarum Tyrannus, multis et insignibus vi-
-ctoriis potitus. Dum nemo est, unus Princeps
Christianus, qui ei resistere possit. Nobis pax est
cum eo constituta, necessaria, in ista qua fuit
hactenus Christianorū Principum discordia, quā
firmos sicut ea futuros, quamquē diuturnos, certe
nobis polliceri nihil possumus. solet enim ille
utilitate, commoditatequē suā, metiri omnia.
Sed sumus tamen ab eo undique circumspecti, ex
una parte Valachiam occupavit, que in nostram
olim et majorum nostrorum fide fuit, ex altera
parte, florentissimum quoddam Hungaricū Regnū,
in potestatem suam redigit, ita ut propinquior
jam nobis sit, eo utraque parte, quam vellemus.

Quo majorem ex eo consolationē capi-
-mus, quod Vestra Serēntas, ultro, tam amicam suā vo-
-luntatem, nobis deferat. Dabit, a nobis operam, ut quan-
-tissimam spem et opinionē de nobis concepit, eam ne
fallamus, ac quibuscunquē in rebus poterimus, Serēnti
Vestrae gratificabimur, quo et sp. co intelligat in nobis
desiderata non iri, que à Christiano et vicino Rege, ad
Christianū et vicinū Regem officio profici oportet.
Hoc ipso persuadere sibi poterit, et de Serēnto Filio nostro
Rege, et sp. co Designatō, cum magno Ducatu nostro Littorū
cessimus, cum cujus etiā Serēnti Vestrae scripta communica-
-vimus. - Optamus Serēntem Vestram diu feliciterq, valere,
cujus nos fraterno amori commendamus

TO